



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

Redeamus ad quartam quæstionem trigesimæ tertiæ causæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

sustinuerunt a supplicia. Si deat ergo quilibet sic delicta corrigere, ut post mortem non oporteat talem poenam tolerare. Quaedam enim peccata sunt, quae sunt mortalia, & in poenitentia sunt vitalia, non tamen statim sanata. Saepem enim quidam aegri moreantur, nisi medicarentur: non tamen statim sanentur: languet victurus, qui prius erat mortuus. Qui autem impoenitens moritur, omnino moritur, & eternaliter cruciabitur. Qui enim impoenitens finit, si semper viveret, semper peccaret. At Dei est misericordis, quod operatur finem peccantis: ob hoc etiam sine fine torquetur, quia nunquam ditabitur virtute: semper plenus iniquitate, semper sine charitate, torquetur sine fine.

**¶ Quoniam vix licet** Sic est emendatione ex editione Plantiniana. Nam antea legebatur, Quod quamvis licet de eius salute Augustinus, &c. Neg. necesse, sed interpretari voluit Augustinus hic auctor, sine dubio ista fecerat. Multa vero alia in hoc capite partim ex vetustis Gratiani, ceteribus, partim ex ipso originali sunt emendata.

QVÆSTIO IV.

**Q**uid autem orationis tempore conjugali operi vacare non liceat, beatus Hieronymus in quodam sermone scribit, ita dicens.

**C. I.** Tempore, quo uxori debitum redditur, a carnibus agni abstinere oportet.

Sciatis & fratres charissimi, quoniam quicumque uxori debitum reddit, vacare non potest orationi, nec de carnibus agni comedere debet. Item paulo post: & si panes propositionis non poterant ab iis, qui uxores suas tegerant, comedi, quanto magis panis ille, qui de celo descendit, non potest ab iis, qui conjugaliibus paulo ante haere complexibus, violari, atque contingi: non quo nuptias condemnemus (hoc enim non dicimus): sed quod eo tempore, quo carnes agni manducaturi sumus, vacare operibus carnis non debeamus.

**¶** Prior pars huius capituli, usque ad vers. Item. de industria videtur in summam collecta: reliqua autem ex originali est emendata & aucta.

**C. II.** A conjugali concubitu in sanctorum solemnitatibus abstinendum. Item Augustinus sermone 2. de tempore [id est, de 2. Dominica adventus.]

Notiescunque h aut dies natalis Domini, aut reliqua festiuitates adveniunt, sicut frequenter admonui, ante plures dies non solum ab infidelium, sed concubinarum consortio, sed etiam a propriis uxoribus abstinere debemus.

**C. III.** Diebus jejuniorum a propriis uxoribus abstinere oportet.

Item Ambrosius in sermone de adventu Domini.

Fratres, non solum debetis ab omni immunditia abstinere: sed etiam ab uxoribus propriis studiosissime contineris. Nullus omnino uxori suae jejuniorum diebus conjugetur.

**¶** Notius In hoc sermone, qui habetur manuscriptus in bibliotheca Vaticana, hinc usque ad finem non habentur. Sed in alio sermone manuscripto de Quadragesima hac leguntur. Nullus omnino uxori suae jungatur ante octavam Paschae. In plevis, versu codicibus Gratiani hoc loco absunt ista verba jejuniorum diebus: de quibus tamen B. Ambrosius loquebatur: & ideo sunt etiam in rubrica.

a al. saepe sustinerunt. b venalia.] orig. c alit. moritur vel finitur. d al. peccandi. e torquetur.] orig. f In vigilia Paschae de usu agni. g Sent. 4. dist. 32. lvo p. 8. c. 87. h Sent. 4. dist. 32. i infelici.] vera lectio.

Idem super epistolam ad Corinthios, c. 5.

Si causa a procreandorum filiorum ducitur error non malum tempus concessum videtur ad ipsum usum: quia & dies festi, & dies processionis, & ipsa ratio concepit, & partus, iuxta legem cessari temporibus his debet demonstrant.

**C. V.** Uxor usus certis diebus cessare iubetur. Unde Augustinus in libro questionum veteris & novi Testamenti, quast. 127.

Christiano cum uxore sua convenire aliquando licet, aliquando vero non licet. Propter dies enim processionis aliquando non licet convenire: quia etiam a licitis abstinendum est, ut facilius impetrari possit quod postulat. Unde Apostolus de eo consensu ait abstinendum ad tempus, ut vacet orationi. Nam secundum legem e in ieiunio cadere. f. & iurgari non licet, postea licet: quia maior reverentia debetur Dei causis.

**C. VI.** Non vere penitentiam agit, qui continentiam non servat.

Item Ioannes Chrysostomus.

Vi in castigatione victus se dicit agere poenitentiam, frustra hoc sermone promittit, nisi egrediat de cubili suo, & ieiunio continentiam addat.

Capitulum hoc apud B. Ioannem Chrysostomum, ex quo citatur, non est inventum. Sed eodem sero legitur in commentariis B. Hieronymi ad cap. 2. Iohannis 8. & copiosius etiam expostis.

**C. VII.** Ab ingressu ecclesiae se operare se debet, cum propria uxore dormiens.

Item Gregorius in responsione 10. ad interrogationes Augustini.

**V**l cum propria conjugis dormiens, nisi lotus, quae intrare ecclesiam non debet: sed neque lotus intrare statim debet. Quamvis enim de hac re diversae hominum nationes diversa sentiant, magis alia custodire videantur: Romanorum tamen semper, ab antiquioribus usus fuit, post admissionem proprii conjugis, & lavacri purificationem querere, & ab ingressu ecclesiae paululum reverenter abstinere. Nec haec dicentes de putamus culpam esse conjugum: sed quia ipsa licita admittio conjugum sine voluptate carnis fieri non potest, a facri loci ingressu abstinendum est: quia voluptas ipsa esse sine culpa nullatenus potest. Non enim de adulterio vel fornicatione, sed de legitimo matrimonio susceptus fuerat, qui dicebat: [Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit mater mea.] & infra. Oportet itaque, legitima i carnis copula ut causa prolis sit, non voluptatis: & carnis committio creandorum liberorum signata, non factio vitiorum. Si quis ergo sua i conjugem, non cupidine voluptatis captus, sed solummodo liberorum creandorum gratia utitur, ipse professus de ingressu ecclesiae, seu de sumendo corporis Domini, sanguinisque mysterio, suo est relinquendus iudicio: quia a nobis prohiberi non debet accipere, qui in igne positus necesse ardet. Cum vero non amor procreandae sobolis, sed voluptas dominatur in opere committionis, habent conjuges etiam de sua committione, quod debeant. & paulo post. Tunc autem vir, qui post admissionem conjugis aqua lotus fuerit, etiam sacrae communionis mysterium valet accipere, cum ei iuxta praefinitam sententiam ecclesiam etiam licuerit intrare.

**¶** Legitima Ita emendatum est ex variis codicibus Gregorii. Antea legebatur, oportet itaque legitimam carnis esse copulam. Multa etiam alia sunt emendata.

a Sent. ibid. lvo p. 8. c. 84. Pann. l. 6. c. 21. b al. purgatus c sup. dist. 5. Sent. ibid. lvo p. 8. cap. 79. d 1. Corinth. 7. e Epistol. f al. cadit.] orig. g Ioh. 8. h Sent. 4. dist. 31. Poly. l. 6. c. 107. lvo part. 8. c. 88. i suam conjugem.] orig.





3 pars. Hinc etiam in diebus abstinentia nuptia celebrari  
prohibentur.

C. VIII. ¶ In diebus Quadragesima nuptias ce-  
lebrare non licet.

Unde in Laodicensi concilio, c. 52. legitur.

¶ On a oportet in Quadragesima aut nuptias, vel  
quolibet natalitia celebrare.

C. IX. ¶ De eodem.

Item ex concilio Martini Bracarenfis, 48.

¶ On b licet in Quadragesima natalitia martyrum ce-  
lebrare: sed tantum sabbatho & Dominica pro com-  
memoratione eorum oblationes offerri. Sed nec natali-  
tia, nec nuptias licet in Quadragesima celebrare.

C. X. ¶ De eodem.

Item ex concilio Ilerdensi.

¶ On e oportet à Septuagesima usque in octavas  
Pasche; & tribus hebdomadibus ante festivitatem  
sancti Joannis Baptistæ, & ab adventu Domini usque post  
Epiphaniam nuptias celebrare. Quod si factum fuerit,  
separantur.

C. XI. ¶ De eodem.

Item Nicolaus Papa ad consilia Bulgarorum,  
cap. 48.

¶ Et à uxorem ducere, nec convivia facere in qua-  
dragesimali tempore convenire posse nullatenus ar-  
bitramur.

4 pars. Hic autem servanda sunt, si uxor consensum adhi-  
bere voluerit: utamur sine ejus consensu, nec causa orationis conti-  
nentia servet datur.

C. XII. ¶ Nisi ex consensu communi, orationis con-  
jugii vacare non possunt.

Unde Augustinus in libro primo de adulterinis  
conjugiis, c. 2.

¶ Nisi nec ad tempus, ut vacetur orationi, ni-  
sine consensu, voluit conjuges carnali invicem frau-  
dari debent.

C. XIII. ¶ Nisi ex consensu communi, conjugatus  
penitentia non datur.

Hinc etiam in secundo concilio Arelatenfi,  
c. 2. legitur.

¶ Penitentiam s. conjugatus non nisi ex consensu dan-  
dam.

**QVÆSTIO V.**

¶ Quid autem sine consensu uxoris viri continentiam  
vivere non possit, multis auctoritatibus probatur.  
Aut enim Augustinus super psalmum 149, in ex-  
tremo.

C. I. ¶ Non potest vir continentiam servare,  
nisi uxorem teneat consensum.

¶ Sicut vir g. continere i jam volo, nolo autem,  
dixit, non potest. Quod enim tu vis, non vult illa.  
Nam quod continentiam tuam debet illam facere for-  
nicatam? si alit nupserit te vivo, adultera erit. Non vult  
tali modo Deus compenfare tale damnum. Redde debi-  
tum, & non exigit, reddet. Pro satisfactione 2 perfe-  
cta dicitur computabit, si non, quod tibi debetur, exi-  
git, & reddis, quod debetur uxori.

¶ Continere ¶ Sicut etiam apud Magistrum: sed B. Augu-  
stinus & Ivo habent, continere jam volo, non jam uxorem,  
non potest. Quid, si tu vis, & illa non vult?

a Ivo p. 1. c. 49. Bare. l. 3. c. 10. Polyt. l. 3. tit. 24. b Ivo par. 4.  
cap. 45. Simile habetur in concilio Salegasti. c. Sent. 4. dist. 32.  
Polyt. l. 3. tit. 1. Bare. l. 3. c. 4. Ivo p. 2. l. 142. Pam. l. 6. c. 2. d. Sent.  
lib. 1. cap. 4. 47. 48. l. 6. c. 3. e. Sent. 4. dist. 32. Ivo p. 3. ca. 23.  
f. Ivo p. 1. c. 210. & par. 11. cap. 14. & c. 123. g. Sent. ibidem.  
Ivo p. 3. c. 127.

2 ¶ Satisfactione] In aliquot manuscriptis, & apud B. Au-  
gustinum, & Magistrum, & Igonem est, sanctificatione. Sed  
ob glossam non est mutatum.

C. II. ¶ Non debet extorqueri mulieris consen-  
sus ad continentiam Deo voven-  
dam.

Item Alexander Papa II. Landulpho in Corsica.

¶ Notificasti a te morte tenus infirmatum, & pecca-  
torum tuorum recordatione & terrore valde pa-  
vesfactum; anxie quæsisse monachum fieri; à tua uxore  
minis, & terroribus eam occidendi, ad hoc licentiam ex-  
torsisse, & sic te monasticam b vestem sine Abbate sum-  
psisse, & monasterium petiisse: postea verò, cum sanus fa-  
ctus esses, tuæ uxoris reclamationibus, ejulationibus &  
placibus, tuæque familia dispersionibus devictus, &  
utpote penitens, domum remeasse, & post multos dies  
quorundam sapientum consilio ad jam dictæ mulieris  
cubile rediisse. Nunc autem, si tibi tua uxore uti licet,  
nostrum requiris consilium. Si ita denique est, ut tuus  
nuntius narrat, non videtur nobis rationabiliter, neque  
sana mente id factum: quoniam, cum omni homini ad  
monasticam tendenti vitam, legaliter, sanctè & justè sit  
peragendum, tu contra leges minaciter & violenter à tua  
uxore, partim terrore mortis, partim tuæ infirmitatis do-  
loribus exinanitus, devia secutus, nulla, ut dicitur, licen-  
tia accepta recessisti, & monasterium petisti. Non enim  
violencia, sed ex pari voluntate & consensu (sicut sancti  
Patres dicunt) hoc fieri debet: neque vir 2 monasterium  
eligere, aut professà continentia habitum cum festinatio-  
ne debet mutare.

1 ¶ Devictus] Ivo habet, utpote penitens devictus;  
Pannormia, utpote penitus devictus domum remeasse.

2 ¶ Neque vir] Apud Ivoem & in Pannormia legitur:  
neque vir in monasterium recipiendus est, nisi uxor illius  
scemineum monasterium elegerit, aut professà continen-  
tiam, habitum cum festinatione mutaverit. Sed muta-  
tionem non est: quoniam glossa videtur magis convenire lectioi Gra-  
tiani.

III. ¶ Vir potest abnuere vota continentia,  
quæ sine ejus consensu Deo uxor ob-  
tulit.

Item ex concilio c. apud Compendium.

¶ Vlier, si sine a licentia e viti sui velum in caput  
miserit, si viro placuerit, recipiet eam iterum ad  
conjugium.

C. IV. ¶ Non potest vir continentia vota rescin-  
dere, quæ ejus assensu mulier Deo  
promisit.

Item Augustinus s. ad Ecdesiam, epist. 199.

¶ Quid g. Deo pari consensu ambo voveratis, per-  
severanter usque in finem reddere ambo debui-  
stis. A quo proposito si lapsus est ille, tu saltem instan-  
tissime b persevera. Quod te non exhortaret, nisi quia  
tibi ad hoc ipse consenserat. Nam si nunquam tenuis-  
ses ejus assensum, numerus te nullus defendisset an-  
norum. & post panca. ¶ Non quia pariter temperaba-  
tis à commissione carnis, ideo tuus maritus esse desti-  
terat, imò verò: tanto sanctius inter vos conjuges ma-  
nebatis, quanto sanctiora concorditer placita servaba-  
tis. Nihil ergo de tua veste, nihil de tuo auro, vel argen-  
to, vel quacunque pecunia, aut rebus ullis terrenis tuis  
sine arbitrio ejus facere debuisti. & infra. ¶ Est quidam  
pro modulo personæ habitus matrimonialis à viduali ve-  
ste distinctus, qui potest fidelibus conjugatis salva re-  
ligionis observantia convenire. Hinc te maritus si de-

a Ivo par. 8. c. 220. Pannorm. l. 6. c. 85. b al. monachum carni-  
c. Cap. l. 5. c. 16. d. Bare. l. 9. c. 47. Ivo p. 1. c. 18. & p. 9. c. 124.  
e. com. 15. Capitul. f. Et Beda. 7. Cor. 7. g. Ivo p. 1. c. 47.  
Pann. l. 6. c. 8. h. al. consuetudinem.



ponere noluit, ne te i velut viduam illo vivente iacta-  
res? puto, quia non fuerat in hac re usque ad disensionis  
scandalum perducendus magis inobedientia malo, quam  
illius abstinentie bono. Quid est enim absurdius,  
quam mulierem de humili veste viro superbiere; cui te  
potius expediret obtemperare candidis moribus, quam  
in nigellis vestibus repugnare? quia, etsi te indumentum  
monache delectabat, etiam hoc gratius posset marito ob-  
servato, exoratoque sumi, quam illo inconsulto, contem-  
ptoque praesumi. Quod si omnino non sineret, quid tuo  
proposito deperiret? Absit, ut hinc displiceret Deo, quod  
conjuges tuo nondum defuncto non indueris, sicut An-  
na b, sed sicut c Susanna.

1. ¶ Ne te] In vulgatis erat, Ne te puta velut viduam iac-  
tare. Emendatum est ex aliquot vetustis, originali & Beda, & a-  
liis collectis, itemq, alia multa.

C. V. ¶ Continentia meritum habet, qui pro  
incontinentia uxoris debitum sui red-  
dere cogitur.

Idem in d eadem epistola.

Secundum e verba Apostolica, etiam si se vir contine-  
re voluisset, & tu noluisse, debitum tibi reddere co-  
gereur, & illi Deus imputaret s. ad continentiam, si non  
sua, sed tua cederet infirmitati, ne in adulterium cade-  
res. ¶ Quisquis g igitur compatiens infirmitati uxoris  
reddidit, non exigit debitum, aut si propter propriam infir-  
mitatem docit uxorem, plangens potius, quia sine uxore  
esse non potuit, quam gaudens, quia duxit, quisquis ven-  
dit, quod novit quia, etsi maneret, beatum non faceret,  
quisquis, quod emittit, novit, quia transiet, & de his non  
praesumit, & facit ex eo, quod habet, misericordiam  
cum non habentibus, securus expectat b diem novissi-  
mum.

¶ Caput hoc, quod eodem modo habetur in Polycarpi, confectum  
est ex duobus B. Augustini indicatis locis: verbis nonnullis par-  
tem omisit, partem mutavit, salva tamen sententia.

C. VI. ¶ Vota continentia sine uxoris consensu  
reddi non possunt.

Item ad Armentarium, & Riparium, & Pauli-  
nam, epistola 45.

Vna sola i causa esse posset, qua te id, quod novisti,  
non solum non voltarem, verum etiam prohibe-  
remus implere, si forte tua conjunx hoc tecum suscipere  
animi seu carnis infirmitate recusaret. Nam, & voven-  
da talia non sunt a conjugatis, nisi ex consensu & volun-  
tate communi: & si praeproperè factum fuerit, magis est  
corrigenda temeritas, quam perfolvenda promissio. Ne-  
que enim Deus exigit, si quis ex alieno aliquid voverit,  
sed potius usurpare vetat alienum.

C. VII. ¶ Absq, ceteris operibus nec sola vir-  
ginitas salvat, nec cetera absq, vir-  
ginitate proficiunt.

Item Hieronymus libro primo adversus Iovi-  
nianum.

2. ¶ Vnc salvabitur mulier, si illos genuerit filios, qui  
ps virgines permanfuri sunt: si quod ipsa perdidit,  
acquirat in liberis, & damnus radicis, & cariem flore  
compenfet, & pomis.

C. VIII.

Idem ibidem.

Hoc solum nunc dico, quod quomodo absque cete-  
ris operibus virginitas sola non salvat, sic omnia o-  
pera absque virginitate, puritate, continentia, castitate  
imperfecta sunt.

a al. illius. b Luc. 2. c Dan. 13. d Bed. ibidem.  
& glossa ordinata. e Sentent. 4. dist. 32. Polyc. lib. 6. titul. 4.  
f al. imputaret continentiam. g August. in Psalm. 147.  
h al. expectet. i Sem. stud. lvo p. 8. c. 134.

¶ Vi fuit a, veniat & bibat: qui potest capere, ca-  
piat.] Non dicit velitis, nolitis, bibendum vobis est,  
atque curandum: sed, qui voluerit, qui poterit currere,  
atque potare, ille vincet, ille satiabitur. Et ideo plura  
mar virgines Christus, quia sponte tribuunt, quod illi  
non fuerat imperatum: majorisque gratiae est offerre,  
quod non debeas, quam reddere, quod exigaris. Apo-  
stoli uxoris onera contemplati, [Si b talis est, inquit,  
causa hominis cum uxore, non expedit nubere.] Quorum  
Dominus sententiam probans, rectè quidem sentiens, ait,  
quod non expedit homini ad caelestia regna tenden-  
ti, accipere uxorem: sed diffucilis res est, & non omnes  
capunt verbum istud: verum quibus datum est. Alios  
eunuchos natura facit: alios vis hominum: mihi illi eu-  
nuchi placent, quos castravit non necessitas, sed voluntas  
libenter illos in meos sinus recipio, qui se castraverunt  
propter regna caelorum, & ob mei cultum noluerunt esse,  
quod nati sunt. Simulq; tractando sequentia quae se  
inquit, castraverunt propter regna caelorum.] Si castrati  
mercedem habent regni caelorum, ergo qui se non castra-  
verunt, locum non possunt accipere castratorum.

¶ Finis hujus auctoritatis & dua procedentes de virginitate effe-  
ctu intelliguntur: qui non in voluntate solum, sed in necessitate  
est: principium vero de affectu intelligitur, qui non necessitate, sed  
ante votum, sed in voluntate est, nec exigit, nisi repromittatur.

C. X. ¶ Non licet illi ducere uxorem, qui suam  
velare permiserit.

Item ex concilio Rhemensis.

3. ¶ Vi e uxorem suam velare d permiserit, aliam non  
ps accipiat, sed similiter convertatur.

C. XI. ¶ Vota abstinentia, qua mulier permit-  
tente viro promiserit, ille prohiben-  
te servare non cogi-  
tur.

Item Augustinus e in questionibus Numerorum,  
quest. 59.

4. ¶ Manifestum f est ita voluisse legem, scemina-  
ps esse sub viro, ut nulla vota ejus, qua abstinen-  
tia causa voverit, reddantur ab ea, nisi auctor vir fuerit  
permittendo. Nam cum ad peccatum ejusdem viri per-  
tinere voluerit, si prius permiserit, & postea prohibuerit,  
etiam hic tamen non dixit, ut faciat mulier, quod vove-  
rat, quia permilla jam prius a viro fuerat. Viri dixit esse  
peccatum, quia abnuvit, quod prius concesserat: non in-  
men mulieri vel ex hoc permillum dedit, ut quod  
prius vir ei concesserat, postea si prohibuerit, contem-  
natur b.

¶ Ex praemissa auctoritatibus apparet, quod continentia non  
nec mulier sine consensu viri, nec vir sine consensu mulieris  
reddere potest. Si autem consensu alterius coram ab altero pro-  
missa fuerit, & si postmodum in irritum deducere voluerit, qui  
permisit, non tamen valet, quia in debito conjugii aequo munus  
habet potestatem viri, sicut & vir mulieris: atq, ideo, si qui-  
libet eorum alterum a suo jure absolvet, ad praeterea servan-  
tatem ipsam revocare non poterit; quia verò in casu viri vel  
caput mulieris, & mulier corpus viri: ita vota abstinentia vi-  
ro permittente mulier potest promittere, ut tamen eodem pro-  
pente repromissa non valeat adimplere: & hoc, ut diximus, pro-  
pter conditionem servitutis, qua vir in omnibus debet salvis

a Joan. 7. Matth. 19. b Matth. 19. c Sentent. ibidem.  
Burchardus lib. 9. cap. 46. lvo p. 1. c. 114. Pannorm. l. 6. cap. 1.  
d al. velare. e Et Beda 1. Corinth. 7. & glossa ordin. Num. 4.  
f Senon. stud. lvo p. 2. c. 98. Pann. l. 7. cap. 44. g al. non  
h condempnetur.





C. XII. ¶ *Mulieres viri sui debent subesse.*  
*Vide Augustinus in a libro questionum.*

Genesi, quæst. 33.

¶ *Ordo b naturalis in hominibus, ut seruiant scemi-  
viri, filii parentibus: quia i quilla iustitia est,  
ut minor seruiat minori.*

¶ *¶ Quia nulla i in Pannormia reliqua habentur ut opud  
Cranium, nisi quod corrupto in ea legitur, majori seruiat mi-  
nor. Sed in originali, a quo non longe distedit Ivo, quia & il-  
lic iustitia est hæc, ut infirmior ratio seruiat fortiori, ob  
dissimilitudinem non est emendatum.*

C. XIII. ¶ *¶ Vir est caput mulieris.*

Item in questionibus veteris & novi testamenti  
ex utroq; mixtum, c. 106.

¶ *Hæc e imago Dei est in homine, ut unus factus sit i  
quasi Dominus, ex quo ceteri orientur, habens im-  
perium Dei, quasi vicarius eius: quia omnis Rex Dei  
habet imaginem: ideoque mulier non est facta ad ima-  
ginem Dei. Sic etenim dicit: [ & d fecit Deus homi-  
nem: ad imaginem Dei fecit illum.] Hinc est, unde  
Apostolus i [ vir quidem, ait, non debet velare caput  
suum, quia imago & gloria Dei est: mulier autem ideo  
velat, quia non est gloria, aut imago Dei.]*

¶ *¶ Factus sit] Quæ sequuntur, emendata sunt partim ex  
textu, partim ex ipso originali & Ivone. In vulgata enim Gra-  
tica recensentur legebatur, factus sit homo, ex quo ceteri  
orientur, habens imperium Dei, quasi vicarius Dei, quia  
unus Dei habet, vir imaginem.*

¶ *¶ Imaginem] sequitur, & similitudinem, quæ sunt  
explicite, quæ negat quid Augustinus, neg. in vulgata graeca, neg.  
in latina vulgata, neg. apud ceteros collectores habentur. Pulchre  
viri dicitur de Ihuat Bassilius in hunc Genesi locum.*

C. XIV.

Item libro 5.3, questionum super Deuteronomium,  
quæst. 33.

¶ *¶ Hinc apparet, quemadmodum subditas scemi-  
tas viris, & pene famulas lex esse voluerit uxores,  
quod dicitur adversus uxorem: vir testimonium, unde la-  
pideatur illa, si hoc verum esse demonstraretur, ipse ta-  
men non vicissim lapidaretur, si hoc falsum esse consti-  
tuit: sed tantummodo castigatur, & damnificatur, eique  
penitentia iubetur adhaerere, quæ carere voluerat. In a-  
liis autem causis, eum, qui testimonio falso cuiquam no-  
centi, quod si probaretur, jus b sit occidi, eadem i plesti  
iubetur i pena, qua fuerit, si verum esset, iste 2. ple-  
tendus.*

¶ *¶ Eodem] Eodem serè modo apud Ivonem, & in Pannor-  
mia. In originali vero, eademque poena plesti iubet.*

¶ *¶ Ille] Sic est emendatum ex aliquot manuscriptis, & ori-  
ginali, & Ivone.*

C. XV.

Item Hieronymus super epistolam ad Titum  
in cap. 2.

¶ *¶ Vir e caput mulieris viri sit, caput autem viri Chri-  
stus, quæcumque uxor non subicitur viro suo, hoc  
est, caput suo, eisdem criminis rea est, cuius & vir, si non  
subicitur Christo capiti suo. Verbum autem Domini  
blasphematur, vel dum contemnitur Dei prima sententia,  
& pro nihilo ducitur, vel cum Christi infamatur Evange-  
lium, dum contra legem fidemque nature eam, quæ Chri-  
stiana est, & ex Dei lege subiecta, viro imperare desiderat:  
eum etiam gentiles scemina: viris suis seruiant communi  
lege naturæ.*

¶ *¶ Et glossa ordin. Genes. 40. & Bedæ ad Coloss. 3. b Ivo  
p. 2. 39. d. 1. 2. 43. c Ivo p. 8. c. 91. Pann. 1. 7. c. 43. d Ge-  
nes. 1. 2. 3. c. 1. Cor. 11. f. Et gloss. ordin. ad cap. 22. Deut.  
g Ivo p. 8. c. 91. Pann. 1. 7. c. 43. h ad Iustit. i aliter iubet.  
k Ivo p. 8. c. 92. Pann. 1. 7. c. 43.*

C. XVI. ¶ *¶ Arbitrium viri mulierem sequi spor-  
tet in omnibus.*

Item Augustinus a in questionibus Num-  
erorum, quæst. 39.

¶ *Noluit itaque lex b mulierem aliquid vivere Deo  
adversus animam suam, ut non in i aliqua rerum  
licitarum, atque concessarum abstinentia in eisdem vo-  
tis scemina: valeat auctoritas, sed virilis. Ita, & si adhuc  
innuptæ, iam concesserat pater vota persolvere, si ante-  
quam persolverit, nupserit, & viro ejus hoc cognitum  
non placuerit, non persolvat, & sit omnino sine peccato:  
quia mundavit eam, sicut dicit, id est, mundam iudicavit.  
Næque hoc contra Deum fieri putandum est, cum ipse  
Deus hoc præceperit, hoc voluerit.*

¶ *¶ ¶ Ut non in aliqua] Sic in Pannormia. Apud Ivonem  
verò, utin aliquarum rerum, in glossa ordinaria, id est, in re-  
rum. Sed totus hic locus longe melius habet in originali: scem-  
inam sub patre, antequam nubat, & sub viro voluit  
lex vivere ita aliquid Deo adversus animam suam, id est, in  
aliquarum rerum licitarum atque concessarum abstinentia,  
ut in eisdem votis scemina non prævaleat auctoritas,  
sed virilis.*

C. XVII. ¶ *¶ Nulla est mulieris potestas, sed in  
omnibus viri domino subje-  
ta est.*

Item in libro questionum veteris testamenti,  
quæst. 45.

¶ *Mulierem e constat subiectam dominio viri esse,  
& nullam auctoritatem habere: nec docere enim  
potest, nec testis esse, neque fidem dare. d, nec iudicare:  
quantò magis non potest imperare?*

¶ *¶ Restitutum est hoc caput B. Augustino, & ex eo nonnulla addi-  
ta. Nam antea citabatur ex B. Ambrosio.*

C. XVIII.

Item Ambrosius in e Hexameron in tralla-  
tu diei quarta.

¶ *¶ Adam f per Evam deceptus est, non Eva per Adam:  
Quem vocavit ad culpam mulier, iustum est, ut eum  
gubernatorem i assumat, ne iterum scemina facilitate  
labatur.*

¶ *¶ ¶ Gubernatorem] Antea legebatur, ut eam in guber-  
nationem assumat. Emendatum est ex Ambrosio. Glossa  
enim optime convenit voci gubernatorem.*

C. XIX.

Item super primam epistolam ad Corinthios  
in cap. 2.

¶ *Mulier debet g velare caput, quia non est imago  
Dei. Sed ut ostendatur subiecta, & quia prævarica-  
tio per illam inchoata est, hoc signi debet habere, ut in  
ecclesia propter reverentiam episcopalem non habeat ca-  
put liberum, sed velamine tectum, nec habeat potesta-  
tem loquendi: quia Episcopus personam habet Christi.  
Quasi ergo ante iudicem, sic ante Episcopum, quia vici-  
tius Domini est, propter i peccatum originale subiecta  
debet videri.*

¶ *¶ ¶ Propter peccatum originale] Apud B. Ambrosium  
& Ivonem legitur, propter reatus originem: in Pannormia  
verò, propter reatum originalem. Sed ob glossam non est  
mutatum, reliqua verò sunt emendata.*

C. XX.

Item in libro de Paradiso, c. 10.

¶ *¶ Nec illud otiosum, quòd non de eadem terra, de  
ps qua plasmatus est Adam, sed de ipsius Adæ co-  
sta facta mulier: ut sciremus unam in viro & muliere:  
corporis esse naturam, unum fontem generis humani*

a Et glossa ordin. ad cap. 130. Num. b Ivo p. 8. c. 91. Pann. 1. 7.  
c. 47. c Ivo part. 8. c. 10. Pannorm. 1. 7. c. 49. d aliter dicitur.  
e Lib. 5. in Genes. cap. 7. f Ivo p. 8. c. 91. Pannorm. lib. 7. c. 30.  
g Ivo p. 8. c. 92. Pann. 1. 7. c. 51.



Ideo non duo a principio facti vir & mulier, neque duo viri, neque duae mulieres: sed primum vir, deinde ex eo mulier. Vnam enim naturam volens hominum constituere Deus, ab uno principio creaturæ hujus incipiens, multarum, & disparium naturarum eripuit facultatem.

Evidentissime itaque apparet, ita virum esse caput mulieris, ut nulla vota abstinens, vel religiosa conversationis liceat sibi sine eius licentia Deo offerre: etiam si viro permittente repromissa fuerit, non licet ei votum opere complere, cum vir voluerit revocare permissionem. Vota vero continentia ita, alterius permitti ab altero valent offerre, quod post permissionem non valent in irritum deduci.

CAUSA XXXIV.

Vidam vir in captivitate ductus est: postea uxor eius audiens illum mortuum, nupsit alii: deum ille captivitate rediens, repetit uxorem suam: illa posterioris amore, captam aspernatur, iterum priorum viri.

- 1. Nunc primum queritur, an si ista res adulterii, qua vi-  
uente viro suo, alteri nupsit.
- 2. Secundo, an redeunte primo sit cogenda recedere a secundo, &  
redire ad primum.

QUESTIO I. & II.

1. **V**triusque questio terminatur auctoritate a Leonis  
Pape, qui scribens Niceta Aquileiensi Episcopo, e-  
pist. 77. cap. 1. & sequentibus, ait.

C. I. **Q**ui alius nupsit, putans verum suum  
mortuum esse, illo redeunte, ad priorem  
redire cogitur.

**C**um b per bellicam cladem & per gravissimos  
hostilitatis incurfus ita quædam dicatis divisa esse  
conjugia, ut abductis in captivitate viris, femina eor-  
um remanserint destituta, quæ viros proprios, aut in-  
teremptos putarint, aut nunquam a dominatione cre-  
derent liberandos, & ad aliorum conjugium sollicitu-  
dine cogente transferunt: cumque nunc, statu rerum  
auxiliante Domino in meliora converso, nonnulli eor-  
um, qui putabant periisse, remeaverint, merito cha-  
ritas tua videtur ambigere, quid de mulieribus, quæ a  
liis conjunctæ sunt viris, à nobis debeat ordinari. Sed  
quia novimus scriptum, quod à Deo jungitur mulier  
viro, & iterum præceptum agnovimus, ut quod d. Deus  
juxit, homo non separet, necesse est, ut legitimarum  
foedera nuptiarum redintegrandam credamus, remo-  
tis malis, quæ hostilitas intulit, unicuique hoc quod  
legitimè habuit, reformetur: omnique studio procuran-  
dum est, ut recipiat unusquisque, quod proprium est.  
¶ Nec tamen culpabilis iudicetur, & tanquam alicui  
juris perversor, qui personam ejus mariti, qui jam non  
esse existimabatur, assumpsit. Sic enim multa quæ ad  
eos, qui in captivitate ducti sunt, pertinebant, in jus  
alienum transire potuerunt: & tamen plenum iustitiæ  
est, ut eisdem reversis propria reformentur. Quod si in  
mancipiis, vel in agris, aut etiam in domibus, ac posses-  
sionibus rite servatur, quanto magis in conjugiorum  
redintegratione faciendum est? ut sic, quod bellica ne-  
cessitate turbatum est, pacis remedio reformetur? Et  
ideo, si viri post longam captivitate reversi, ita in di-  
lectione suarum conjugum perseverant, ut eas cupiant  
in suum redire consortium, omittendum est, & incul-  
pabile iudicandum est, quod necessitas intulit, & resti-  
tuendum, quod fides pollicetur. & infra, c. 4. ¶ Sin au-

a In Cod. canonum, cap. 42. b Sent. 4. dist. 38. Polyc. l. 6.  
tit. 4. Anst. 10. c. 22. Bure. l. 9. c. 55. c solitudine. orig. Ivo p. 8.  
c. 244. & 190. 192. 192. Pann. l. 6. c. 87. d. Math. 19. Eusdem, e-  
pist. c. 2. e C. 2. Bure. d. 9. c. 57. p. d. c. 193. Bure. l. 9. c. 57. Ivo p. 8.  
c. 92. Pann. l. 6. c. 88.

tem aliquæ mulieres ita posteriorum virorum amore  
sunt captæ, ut malint his coherere, quam in legitimum  
redire consortium, merito sunt notandæ; ita ut etiam ec-  
clesiastica communione priventur, quæ a de re exor-  
tabili contaminationem criminis elegerunt ostenden-  
tes sibi met pro sua incontinentia placuisse, quod iusta  
remissio poterat expiare. Redeat ergo in suum statum  
voluntaria redintegratione conjugia: neque illo modo  
ad opprobrium male voluntatis trahitur, quod condicio  
necessitatis extorsit: quia sicut hæ mulieres, que reverti  
ad viros suos nolunt, impie habendæ sunt; ita illæ, que  
in affectum inimum ex Deo redeunt, merito sunt laudan-  
dæ b iudicio.

C. II. **Q**ui viro, vel uxore de captivitate redeanti-  
bus, propria redeuntur con-  
jugia.

Item Innocentius Papa Probo in epist. 9.

**C**um in captivitate e. Vt si mulier teneretur, aliud  
conjugium cum constituta Fontanum d. commisit  
cognovimus. Sed favore Domini reversa Vt si nos adit,  
& nullo diffidente uxorem se memorati esse perdonat.  
Qua de re domine filii merito illustris, statuimus fide ec-  
tholica suffragante illud esse conjugium, quod primus  
erat: gratia divina fundatum: conventumque: secundæ  
mulieris, priore superflite, nec divortio eiecta, nullo i-  
sto esse legitimam.

C. III. **Q**ui primo viro relicto, secundo  
adhaserit, nisi secundum reliquos,  
primo reconciliari non  
potest.

Item Hieronymus ad Amasium Presbyterum.

**N**on satis animadvertere e potui, quid sit, quod  
dicere voluit [alio viro per vim accepto.] Quid est  
per vim accepto? congregata videlicet multitudine no-  
lente rapuit. Et quare postea raptorem rapta non di-  
miserit? legat libros Moysi, & inveniet desponsatam viro,  
si in civitate fuerit oppressa, & non clamaverit, puniri  
quasi adulteram: si autem in agro oppressa sit, innocentem  
esse à scelere, & violentum legibus subiacere. Ergo & i-  
sta foror, quæ, ut dicit, vim passa est, ut alteri jungere-  
tur, si vult corpus Christi accipere, & non adultera reputari,  
agat penitentiam, & si duntaxat, ut secundo viro, qui  
non appellatur vir, sed adulter, à tempore penitentiam  
non copuletur. Quod si durum ei videatur, & semel de-  
lectum non potest derelinquere, nec præferre Domino  
voluptati, audiat Apostolum f. conclamantem. [Non pe-  
testis calicem Domini bibere, & calicem demoniorum.  
Non potestis mensæ Domini communicare, & mensæ de-  
moniorum.] & alio g. loco: [Quæ communicatio nisi  
ac tenebris? qui consensus Christo, & Rebeli?] Rem an-  
tam loquor, imò non novam, sed veterem, quæ veteris  
testamenti auctoritate firmatur. Si reliquerit secundum  
virum, & reconciliari priori voluerit, non potest. Scriptum  
est enim in Deuteronomio h. [Si acceperit homo uxorem,  
& habuerit eam, & non inveniit gratiam in con-  
spectu ejus, propter aliquam foeditatem, scribet libellum  
repudii, & dabit in manu ejus; & dimittat eam de domo  
sua. Cumque egressa adultera i maritum duxerit, & i-  
le quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudii, &  
dimiserit de domo sua, aut certe mortuus fuerit, non po-  
terit prior maritus recipere eam uxorem, quia polluta est,  
& abominabilis facta est coram Domino, ne & peccare  
facias terram tuam, quam Dominus Deus tuus tradidit  
tibi possidendam.]

a al. qua inexcusabiliter contem. &c. orig. b. val. d. d. d. d.  
biles iudicanda. c. Ivo p. 8. c. 245. Pann. l. 6. c. 89. d. Ivo  
no. misse cognoscitur. e. Senten. 4. dist. 35. Polyc. l. 6. c. 88.  
f. 1. Cor. 10. g. 2. Cor. 6. h. Deut. 24. i. alterum, vi-  
lectio. k. al. nec. g. 190.

